

32 Nihilominus etiam prima sententia defendi potest, non quidem in eo sensu, quo defendi solet ab ejus sectatoribus, sed assignando alium modum, quo possit per divinam potentiam corpus crescere, & ampliari secula quacunq rarefactione, & additione materiae, hic autem erit per iteratam ejus replicationem localem, aut suarum partium, sicut enim per replicationem potest idem corpus in pluribus locis constitui, ita etiam in duobus propinquis, ita ut sibi ipsi uniat, ut diximus disp. 11. Physic. q. 8. in fine, hoc enim modo crescere poterit corpus in maiorem molem, non intantum quoad dimensiones, sed quo ad extensionem localem, nulla interveniente rarefactione, quia, ut supra diximus, extensio localis, quae acquiritur à corporibus media rarefactione, non est per replicationem eorum in pluribus locis adequatis, sed per ampliationem eorum ad maiorem locum, quae antea obtinebat, & hunc dicendi modum approbant quoque Comib. & Aref. nec in hoc sensu voluit negare Scot. loc. cit. posse exiguum corpus in magnam exurgere molem abique additione materiae, aut rarefactione, sed tantum in sensu ab illis Auditoribus præterito, & in casu, de quo ibi erat quaestio, scilicet de formatione Evæ ex colla Adæ, & multiplicatione panum à Christo facta, nam in his casibus, nec etiam hoc ultimo modo verificabile est deum formale corpus Evæ ex colla Adæ sepius replicata, & ex quinque panibus sepius replicatis tot homines futurale; ratio est, quam inimus loc. cit. quia materia replicata in pluribus locis, nequit informari diversis formis substantiabilibus, ita namque uniformiter infans illi habenti unum Ubi, vel plura Ubi, quia non sunt formae dependentes à loco, ac par- es organicae corporis animati diversas habent formas substantiabilibus partialibus, atque idem corpus Evæ constituit non possit ex una colla Adæ sepius replicata, sic etiam materia illorum panum, si ita multiplicata fuisset, nempe per replicationem, & non potius per additionem converfa in substantiam aliam in diversis formis, diversis formis, & animabus similibus, & semel informata fuisset, absolute tamen, & citra hoc casum, ac consumiles potest exiguum corpus ampliari, & magnum fieri modum explicatio per replicationem solam localem abique ulla profusa rarefactione materiae, aut extrinseca additione.

APPENDIX DE MOTU LOCALI.

Quoniam rarefactio, & condensatio in nostra sententia sunt quaedam species motus localis, non erit omnino abs re hic appendicem hanc de motu locali subnectere, ut occurramus objectis à Pontio in hac materia in sua appendice, numer. 45. & rursus infra numer. 277. ubi inquit, quod cum in præcedente Physico docuimus motum propriè dictum dari à Ubi sine ulla probatione, postquam vidimus oppositum ab ipso doceri in sua Physica disp. 13. num. 44. in nova editione conati sumus id probare, quia scilicet Ubi intrinsecum est terminus motus localis, & propriam habeat novitatem non minus, quam quaeunque alia forma absoluta, non videtur cur terminare nequeat motum cum omni proprietate; videtur Doct. quod 1. ubi de hac re agit ex professo, ita ex nobis refert hic Auditor loc. cit.

Sed in primis fallax est, id nos docuisse loco citato, vel supposuisse abique ulla probatione, nam ibi supponimus hoc satis remanere probatum ex dictis disp. 11. quaest. 3. artic. 1. ubi, & auctoritate Aristot. 5. Physic. ponentis motum propriè dictum ad Ubi, & Scoti quod 11. artic. 4. idem docentis, & ratione, quia Ubi passivum est terminus intrinsecus motus localis, & locus extrinsecus, seu superficies ambiens non est sufficiens terminus motus localis, solide illud assertum stabilivimus, reicientes evasione Goninchi (quam ampliusque Pontius disp. 13. Physic. numer. 44.) contendens sufficere, quod terminus per motum acquisitus sit superficies ambiens, quem locum voluit Pontius, ut occasione inveniret respondendi; ubi etiam vidisset in sol. ad 2. quod cum Aristot. aliter 5. Physic. text. 18. esse motum ad Ubi, non loquitur de Ubi extrinseco materialiter sumpto, id est de superficie continente, ut ait Pontius disp. Physic. cit. num. 45. nam superficies est in prædicamento quantitatis, unde non sufficienter probasset esse motum ad Ubi, prout hoc est prædicamentum à quantitate diversum, sed loquitur de Ubi passivo intrinseco, quod est in peculiari prædicamento à quantitate diverso; vidisset tandem Scotum quod 1. art. 3. asserere cum Arist. dari motum ad Ubi, non tantum accipiendum illum propriè pro acquisitione termini ad quem posterioris post terminum à quo priorum, in hoc enim sentia loquuntur de motu, & Arist. 5. Physic. & Scot. quod 11. art. 4. dum docent dari motum ad Ubi.

Unde mirum est, quomodo Pontius audeat dicere in append. numer. 276. Videatim Doctorem in quolibet illo, & in primis non inveni, quod per se tractet de hac difficultate; deinde non inveni, nec inveniri potest ab ullo, quod dicat alium motum terminari ab Ubi, quam motum qui est actus efficientis, seu actio, per quam producit Ubi, nec potuit id, nisi absurdè dicere; sed quælo proferturam textum, ut appareat quam fidus sit hic Auditor in referendis Scoti auctoritatibus, vel audis in eisdem exponendis. Doct. itaque quod citat artic. 4. de quo supra novet dabunt, quia ista (inquit) circumscriptio non videtur dicere aliquid, nisi respectum formaliter, & per consequens videtur Ubi nihil esset formaliter, nisi respectus, hoc consequens ipsius formæ fallum, quia secundum Philosophum 5. & 7. Physic. ad relationem non est per se motus, sed fe-

cundum Philosophum 5. Physic. motus est per se in genere Ubi; & paulo infra cum distinxisset de respectibus intrinsecis, & extrinsecis advenientibus, inquit; si ista sint vera respondent potest ad illam auctoritatem Philosophi 5. Physic. quod neget motum ad relationem propriè dictam, quæ pertinet ad quartum genus, non autem ad quæcumque respectum pertinentem ad aliquod sex generum, imò concedit ubi motum esse in Ubi, qui communiter non dicitur esse motus ad formam absolutam, quia Ubi, ut videtur, non est forma absoluta, sed respectus corporis contenti ad locum continentem; ratio autem differentiae relationis ab aliis respectibus in non terminando motum, videtur esse, quia ex quo relatio necessaria consequitur extrema posita, nunquam potest ipsa acquiri per se, sed tantummodo per accidentem, alio scilicet absolute acquisito in altero relatorum; & talia, quæ non acquirunt nisi per accidentem, scilicet alio acquisito negat Philof. 5. Physic. per se terminare motum; respectus autem non necessario consequens extrema potest habere propriam novitatem abique novitate unius, vel alterius extremi, & idem potest habere propriam acquisitionem, nam ita videtur esse de Ubi, &c. postea removel hoc dubium ibidem; sed si quaeratur quomodo potest acquisitus respectus esse extrinsecus, nisi respectus ponatur in aliquo absolute; Dicitur, quod corpus successivè secundum partem ad am, & aliam, sit presens eidem parti loci, similiter corpus secundum eandem partem sit successivè, presens alii, & alii parti loci, ita quod tam est divisibilitate corporis, quam loci, sequitur divisibilitatem circumscriptiois corporis à loco, & divisibilitas successiva, quando pars post partem acquiritur; non ergo est divisibilitas in respectu sine divisibilitate in absolute sed successio in respectu, qui est circumscriptio sine successivè, in forma absoluta corporis, vel loci, ita Scot. loc. cit.

Hic est difficultas Scoti loc. cit. de verbo ad verbum relatus; & ex quo colligitur primò fallum esse, quod Scotus illo loco non tractet de hac difficultate, nam illam in terminis proponit, & resolvit artic. illo quarto; Colligitur secundo, quod dicat alium motum terminari ab Ubi, quam motum, qui est actus efficientis, seu actio, per quam producit, nempe motum propriè dictum, hic enim est acquisitus alicuius termini, ad quem mobile movetur, prædicando ab agente, ut etiam concedit Pontius n. 45. sed ut constat ex textu Scoti relato, semper loquitur Doct. de motu ab Ubi, prout est acquisitus alicuius termini, ad quem mobile movetur, & aperte ibi demonstrat, quomodo possit esse successio in acquisitione talis respectus sine successione in forma absoluta; loquitur ergo Scotus ibi de motu propriè dicto, ut loquebatur quoque Arist. 5. Physic. text. decimo octavo, cum dicit motum esse ad Ubi, non vero, ut in eodem articulo ad idem quod hoc non erat ibi quaestio, cum quaerebat Philosophus ad quæ, & quot prædicamenta esset motus, hinc igitur patet, quæ, & quanta fides adhibenda sit huic candido Scotiæ in referendis, & exponendis Scoti auctoritatibus.

Fundamentum præcipuum, quia hic Auditor probavit ad Ubi non dari motum propriè dictum, est, quod non datur motus ad motum, sed Ubi intrinsecum est formalissimus motus, quo movetur mobile ad superficiem talem, ergo ad illud non datur motus, ita arguit disputat. 13. Physic. & replicat in append. num. 45. cum breviter occurrimus ad disp. 13. Physic. quaestione 6. artic. 4. numer. 26. non minus negando motum ad Ubi intrinsecum esse formalissimum motum, quo mobile movetur ad superficiem ambientem, quam ipse non probavit, sed improbatum reliquit; sicut enim calor non est formaliter calefactio, sed terminus per eam acquisitus, ita nec Ubi est formaliter motus localis, sed terminus per ipsum acquisitus.

Inferius verò in append. num. 278. ad hoc idem probandum asserit secundum rationem, quam in Physica adduxerat, & dolet à nobis fuisse data opera prætermittam, & illam sic efformat, quia Ubi est respectus, qui nequit acquiri à subiecto per alium respectum, sicut nec unio per aliam unionem, sed seipsa acquiritur, non minus quam ipse motus, quo acquireretur, si daretur talis; aliarum autem formæ absolute, ad quas terminari potest actio, possunt, & debent per modum distinctum à subiecto, & ipsæ acquiri à subiecto, & nequeunt seipsa acquiri, quia possunt esse in rerum natura simul cum subiectis sine eo, quod acquirerentur à subiectis; unde ut denominat subiectum eas acquirere, aut moveri ad ipsas, debet dari aliquid, à quo habeat illam denominationem, quod sit distinctum ab ipsis; sed Ubi cum sit respectus, & essentialiter determinatio subiecti ad essendum in tali loco, nequit esse nisi in subiecto etiam de potentia absoluta; ergo non debet acquiri per motum distinctum, nec mobile rationem de Ubi, & calore, nam idem calor non est eadem ratio, quæ calefit aliquid, quia potest esse calor, & subiectum abique calefactione, sed Ubi nequit esse abique eo, quod mobile movetur ad superficiem; ergo non est eadem ratio, cur calor non sit calefactio, & cur Ubi non sit motus mobilis ad superficiem.

Resp. negando assumptum nempe ubi esse respectum, qui nequeat acquiri in subiecto per alium respectum, & potest negari paritas de unione, quævis enim id, quod est alicuius ratio essendi tale, illud seipso sicale, ubi deipso processus in infinitum, unde dicimus unionem seipsa fieri, Ubi deipso procedit, unionem seipsa uniri; id tamen nunquam impedit, cum unio modis alio modo indiget in diverso genere modificandi, quare sicut Ubi unio sit modus dicitur per actionem producti, ita per unionem dici poterit uniri, & per motum acquiri in subiecto; & hoc sufficeret ad solutionem argumenti; Attamen quia

quia Scotus universaliter docet de quacunq relatione d. 4. r. 2. q. 1. I. quod inhærentia, quia subiecto inhæret, non est alia realiter ab ipsa relatione, conceditur paritas de unione, quod sicut unio non unitur subiecto per aliam unionem, ita nec Ubi subiecto unitur per alium respectum, quia nequit existere in rerum natura, nisi in subiecto; hinc tamen non sequitur, quin nequeat acquiri in subiecto per alium respectum à motu importatum, ut enim Scotus docet 2. d. p. q. 3. in fine ad 5. prin. motus, vel mutatio non consistit formaliter in respectu subiecti ad formam, vel e contra, qui est unio, vel informatio, sed in successione immediata informationis non informationem; unde sicut quævis unio nequeat uniri subiecto alia unione, ut docet Doct. ibi eadem quaestione, potest tamen acquiri in subiecto per alium respectum, quem motus importat, nempe per respectum informationis ad non informationem immediate præcedentem, ut docet Scot. ibidem; sic in proposito dici debet de Ubi, quod licet alia unione esse nisi in subiecto, attamen per respectum distinctum debet successive acquiri, sicut per actionem distinctam peuit successivè producti.

Conf. hæc solutio, quia iam hic Auditor concedit ultra Ubi per verum actionem de novo producti ab ipso distinctam, ergo poterit pariter per novam acquisitionem acquiri à subiecto ab iplo Ubi distinctam, nulla enim apparet major necessitas prioris respectus, quam posterioris; Tum quia licet non possit Ubi reperiri, nisi in subiecto, ideoque necesse sit dicere, quod non uniatur ipse per respectum unionis realiter distinctum; potest tamen dari Ubi in corpore, quod non sit de novo, seu immediate antea acquisitum, nimirum cum per aliquod tempus quiescit in aliquo loco, ergo cum de novo acquiritur, per respectum realiter distinctum acquiritur, qui est successio informationis ad non informationem immediate præcedentem, seu successio termini ad quem posterioris post terminum à quo priorum immediate præcedentem, ut in consilio formaliter motus, vel mutatio, ut docet Doct. d. 11. p. p. 5. dico ergo. Tum tandem quia ubi non potest importare respectum, quem motus præferat, ergo non potest esse formalissimus motus localis, licet erit terminus ejus, probatur assumptum, quia motus formaliter sumptus, ut dictum est, importat successione termini ad quem posterioris post terminum à quo priorum; at Ubi etiam fluens talem respectum non importat,

sed tantum habitudinem ad hunc, vel illum locum, vel superficiem ambientem; successio vero Ubi posterioris ad Ubi immediate præcedens est respectus per motum localem formaliter importatus, ergo Ubi non est formalissimè ipse motus localis.

Hinc patet disparitatem ab eo Audiore assignatam inter calorem, & Ubi non omnino valere; fallum enim est, quod dicebat Ubi esse non posse abique eo quod mobile movetur, ad superficiem; licet enim id veritatem de Ubi fluente, non tamen de Ubi permanentem, quod a corpore possit acquiri, dum quiescit; unde aliud est dicere, quod Ubi nequeat esse sine subiecto, aliud quod nequeat esse abique eo, quod mobile movetur ad superficiem, quæ duo videtur hic Auditor confundere loc. cit. hoc enim secundum esse fallum, primum quidem verum est, at ex eo non sequitur Ubi non esse respectum distinctum, motu locali, sed tantum non esse sic distinctum ab unione, nec esse subiecto affixum per respectum realiter distinctum.

Ratio tertia, quæ probavit Pontius disp. 13. Phys. num. 44. non esse motum ad Ubi, erat quia non est major ratio, cur datur motus ad Ubi intrinsecum, quam ad hunc secundum intrinsecum, & habere intrinsecum Ubi; quam rationem alii quoque nos ex industria dissimulasse. Respond. hanc rationem non fuisse à nobis adductam, quia in illo eodem artic. 4. disput. 15. Phys. in solutione ad 2. rationem assignamus, cur non omnia ultima fæ prædicamenta possint terminare motum; secunda quoque ejus ratio non fuit adducta, quia ut ab iplo proponitur in physica disput. cit. nu. 44. parum valet; proquit enim majorem, quod scilicet mobile non acquirat ubi intrinsecum per alium respectum distinctum, abique sufficienti probatione, non enim aliter probat, nisi quia daretur processus in infinitum, & quia gratis assignaretur aliquis talis respectus, quæ ut patet fuit probationes nullius momenti, & arguuntur aptæ, quæ de causis in append. n. 278. repliansidem argumentum alia ratione multiplici illam majorem, probat enim Ubi non posse acquiri per alium respectum distinctum, quia cum Ubi sit respectus, & essentialis determinatio subiecti ad essendum in tali loco, nequit esse, nisi in subiecto; hæc est ratio, cur illud secundum argumentum cum sua confirmatione non adduximus, non verò, quia solvere neciteremus, ut ipse pro sua modestia inquit.

DISPUTATIO QUINTA. De Generatione, & Corruptione.

Expeditam pridem Alteratione, aliisque deinceps ejus adminiculis, & annexis, quæ generationem substantialem præire solent, nunc de ipsamet substantia Generatione agendum est, tam in ratione mutationis, quam productionis, ac ejus naturæ, & conditio sui utroque titulo sedulo examinanda, & quia cum ea substantialis corruptio necessarium quoddammodo habeat nexum, quatenus generatio unius est corruptio alterius, & e contra, idcirco disputationem de Corruptione substantialis, ut fieri solet, non instituemus, sed hic sub una, & eadem Disputatione eam quoque comprehendemus, & optima ratione quidem, cum quia quæ plures sunt questiones, quæ sunt utriusque communes, & communem pro utraque possunt resolutionem, cum quia simul considerate, & examinate valde se se invicem servant, & unius cognitio alterius notitiam aperit, & tandem quia sic amputatur occasio eadem sepius repetendi in diversis Disputationibus.

QUESTIO PRIMA.

An sint, & quid sint generatio, & corruptio substantialis.



Ica primam quaestio partem, de existentia nimirum harum mutationum substantialem in rerum natura, generationis scilicet & corruptionis solum apud Antiquos dubitatio vigeat Platoni, & Arist. anteriores; Anaxagoras enim, Democritus, Leucippus, Empedocles, & alii veteres ab iplo Arist. relati 1. Phys. & 1. de Gen. ab initio omnem generationem, & corruptionem substantialem absolute negarunt, & omnem mutationem hinc dicebant ex congregatione, vel diggregatione elementorum, ut in mixtis, aut atomorum, ut in cæteris corporibus, vel esse tantum mutationem secundum accidentia invariata permanente substantia, idcirco bene dicebat Aristot. veteres ita opinantes generationem ab alteratione non leceverunt.

Circa alteram verò diffidui esse etiam inter Peripateticos ipsos in explicanda natura illarum mutationum, cum enim generatio considerari possit & in ratione productionis, & in ratione mutationis, ut sepius inculcavimus disp. 7. Phys. hinc duplex oritur difficultas, una est, an sit actio distincta ab alteratione ad ipsam prævia, affirmant Averroes 4. Physic. com. 9. Simple. lib. 5. tex. 8. Alef. 3. part. qu. 7. Memb. 6. Henric quod 9. q. 4. Scot. 2. q. 9. & d. 12. q. 1. & d. 12. q. 3. Suar. disput. 18. Met. sed. 2. Comib. 1. de Gen. c. 4. q. 12. Ruv. tract. 1. qu. 5. Averroes quod 7. sed. 3. Hurrad. disp. 1. de Gen. sed. 6. & ex Thomis Jo. de S. Thom. 1. de Gen. art. 3. Negant patet illi Thomis aliterentes esse potius veluti terminum quiescentem, alterationis prævia, ita ex S. Thom. 1. p. q. 53. art. 3. & contra gent. c. 17. Hervæus tractat. de unit. form. q. 17. Cajet. 1. p. q. 54. art. 3. & tract. de ente, & essentia quaest. 17. Compl. disp. 2. de gen. q. 2. & oppositum quoque probabile arbitrantur citantes pro hac sent. alios Thomis, quam præcipue amplexus Majris, & Bellus. De Generat. & Corrupt. Tom. III.

est Fonsec. 5. Met. c. 13. quod 9. sed. 5. Altera difficultas est, an sit intrinsecè, & essentialiter mutatio; ut indicare videntur definitiones ejus ab Arist. traditæ, affirmant Comib. cit. quod 9. art. 1. Ruv. quod 2. Jo. de S. Thom. 1. art. 1. & alii. Negant verò Compl. Aref. disp. 2. de Gen. q. 9. sed. 1. Fonsec. Met. c. 2. q. 6. sed. 3. & 4. Zanard. 7. Met. q. 6. Hurrad. disp. cit. sed. 1. & alii quatuorplures. Cum corruptio generationi opponatur, rursus contra veritatem san corruptio fit realiter eadem actio, & mutatio cum generatione, ut vult Zab. lib. de Gen. & Inter. cap. 5. an potius diversa, ut alii.

ARTICULUS I.

Generationis, & Corruptionis substantialem extare in rerum natura.

Resolutionem affirmativam hujus articuli recipiunt omnes, & tum Peripatetici, tum Academici, verum non omnes eadem radium via ad eam indagandam, imò quamplures alierant rationes proprias rationes, & ut plurimum principium obtinent; præsertim verò Jo. de S. Thom. 1. de Gen. art. 2. inquit unicuique viam probandi hanc veritatem esse designare materize quæcumque actum etiam entitativum, nec alia via alium esse Arist. unde si ponitur maxime habere actum entitativum, ergo existentiam ex se funditus evertere ratio probandi contra Antiquos generationem substantialem, probatur hoc assumptum ab eo in hunc modum, generatio substantialis supponit esse substantialem, per quam acquiritur esse substantiale, seu fit ens simpliciter, cum ergo juxta principia Arist. esse nihil nihil fiat, & generatio substantialis facit ens simpliciter dando ipsam esse primum, & substantiale, oportet dicere, quod subiectum, ex quo fit generatio substantialis, scilicet materia, 1. neque fit nihil, neque fit ens in actu de se, sed in potentia per se, & in actu per aliud, scilicet per formam, nam si sensel ponatur materia de se ens in actu, & existens per actum entitativum, non potest probari contra antiquos, quod forma est adveniens



niens fit substantialis, & quod generatio substantialis det primum, & integrum esse, unde enim probatur, quod illud esse, quod dat forma, fit substantialis, & primum, si supponit aliud in materia, cui advenit, ergo probatur dare esse integrum, si aliud praesupponit? supposito ergo, quod materia sit ens actu de se existens, sequitur formam ad adventum esse accidentalem, & dare esse tantum secundum quid, & non dare integrum esse, sed ad additionem, seu aggerationem ad esse praesuppositum, & sic pracluditur via ad ostendendam generationem substantialem. Quod si dicatur esse, quod praesupponitur in materia, esse partiale dumtaxat, & incompletum, & compleri substantialiter per formam adventientem, compositumque constituit: Haec est manifeste petitio principii (inquit ipse) negabant enim antiqui dari formam substantialem, & aiebant materiam esse totam substantiam rei, nec alia via probari potest contra ipsos forma substantialis, nisi per hoc, quod det primum, & integrum esse, hoc enim esse substantiale, si autem praesupponitur aliquid esse in materia quantumvis partiale, & incompletum, occiditur illa via, & emervatur illud principium.

3. Ex hoc autem inferit praedictus Auctor loc. cit. & qu. 3. Physic. artic. 1. velut manifestum, omnino ignotum fuisse apud Aristot. quod materia prima haberet esse actum entitativum, & existentiam incompletam, eo quia Antiqui existimabant, quod si materia esset ens in potentia, esset nihil (nam apud ipsos quod erat aliquid, erat ens in actu) unde si res haberet esse in potentia, haberet esse in actu, sic arguebat Veres apud Arist. i. Phys. tex. 24. & 70. & 1. de Gen. tex. 12. & cum faciebatur hanc consequentiam, quod si materia non est ens in actu, sed in potentia, est non ens, seu nihil, plane procedebat contra ipsum esse entitativum materiae, & non solum contra formale ad formam receptivum, sed etiam propositum Arist. difficultatem antiquorum non respondet negando consequentiam, quia materia est ens in potentia tantum subiectiva ad formas, non autem obiectiva, & ideo non est nihil, quae est communis responsio Scoliarum, sed respondet cum r. Phys. 66. & 78. tum r. de Gen. 17. quod quia nunquam est corruptio sine generatione, ideo nunquam materia manet ita in potentia, quod non sit ens actu, quia semper est subiecta alicui formae, & ideo licet generatio fiat per se ex ente in potentia, tamen per accidens fit ex ente in actu, quia ad generationem per accidens est, quod existeret materia sub hac, vel illa forma, quae corrumpitur, per quam habet esse in actu, si ergo Aristot. solvat objectionem, quae inferit materiam esse nihil, & credere actu entitativam, quae est essentia, recurret ad hoc solvendum, sub quibus semper est materia, & sic propter hoc debet corruptionem unius esse generationem alterius, ut non sequatur materiam esse nihil, & non ens, seu non existens, plane sentiet materiam non habere esse entitativum ex se, sed per formam, aliam si id fieret, cur non diceret in argumento, materia est ens in potentia, ergo est nihil, nec consequentiam quia secundum se est existens actu entitativum, licet sit in potentia ad formalem.

4. Sed hanc Thomista audendus non est, dum veritatem ita patenter, qualis est, quod datur generatio substantialis, fundare laicentem in asserto tam dubio, & improbabili, quod scilicet materia prima crearet actu entitativum, quae est essentia, respondet in terminis Doctor ad 1. q. 3. l. v. ubi ex Arist. 1. de Gen. tex. 12. & inde diffinitur de esse simpliciter, aut enim accipitur simpliciter pro universaliter, & tunc esse simpliciter est esse primum, & immediate ad non esse recedens, & quod non habet esse simpliciter hoc modo, est purum nihil, aut accipitur esse simpliciter, prout distinguitur contra esse secundum quid, & hoc modo esse simpliciter, est esse substantiale, esse secundum quid, est accidentale, & tunc subdit, quod forma substantialis dat esse simpliciter materiae, non quidem esse primum, quod scilicet immediate sequitur non esse, sed dat esse simpliciter, ut distinguitur contra esse secundum quid, hoc probat Doctor 3. quia si accidens primo advenit materiae, & si daret ei primum esse formale, non tamen daret ei esse simpliciter, sed secundum quid, quia non est actu, nisi secundum quid, nulla etiam forma substantialis est, quae det esse simpliciter materiae, & hoc si tenetur esse simpliciter, ideo omne recedens ad non esse, non ergo sola forma substantialis dat esse simpliciter, ideo universaliter, nec etiam simpliciter id est primum, sed accipiendo esse simpliciter secundum modo prout dividitur contra secundum quid, ait Doctor, quod sicut ens dividitur in prius, & posterius, vel primum, & secundum, & prius continet lubi substantiam, & posterius accidens, ita simpliciter in isto intellectu equivaleat ei, quod est primum naturaliter, & secundum quid est, quod est posterius naturaliter, unde concludit, quod forma substantialis, sive adveniat alicui iam habenti esse, sive non, dat esse simpliciter hoc secundo modo, sed non primo, sicut forma accidentalis, cuiusque adveniat, dat esse non simpliciter, sed secundum quid; patet ergo, quomodo sit de ratione formae substantialis dare primum esse, & quomodo non, nullatenus autem est de ratione illius dare esse integrum compositum, ut in argumento assumitur, quia etiam materia est pars substantialis compositi, & quod dicitur eius, ut doctor demonstrat 3. d. 2. qu. un. & nos cum ipso d. 5. Physic. qu. 12. art. 1.

5. Et si quaeras, unde probari potest, quod hanc forma dat esse simpliciter, illa non, si de ratione neutrius est dare illud esse, quod immediate recedit ad non esse, in quo vim faciebat Adversarius. R. Resp. Doctor, aut tu quaeris de re in se, aut in comparatione ad cognitionem nostram, si in se, nulla causa est, quare ita dat esse simpliciter, & illa secundum quid, nisi quia haec est forma substantialis, & illa accidentalis, sicut enim nulla est causa, quare calidum calefaciat, quia immediata est, & inter causam immediatam, & effectum non

est alia causa media, ita in genere causae formalis haec est immediata, calor constituit calidum, & anima hominem, & est immediata forma ad actum formalem, si autem quaeras in comparatione ad cognitionem nostram, de qua videtur procedere argumentum, quod illa opinio destrueret omnem distinctionem inter formam substantialem, & accidentalem quoad nos; Resp. quod Philo. colligerunt inter formam substantialem, & accidentalem ad posterius, utopere per illa media habere contrarium, & non habere, recipere magis, & minus, & non recipere, secundum eam posse esse motum, & non esse, & huiusmodi, sed ad breviter dico (ait Doctor) unum esse medium, per quod manifestus distinguitur substantiam ad cognitionem nostram, quae forma adveniens est in actu fit substantialis, & quae accidentalis, quia enim proceditur in substantialibus, semper posterius est perfectior prioribus, quando autem venit ad accidentales, sequens est imperfectior ultima substantialem, quod autem fit perfectior, hoc nobis innotescere non potest, nisi ad posterius, & illud est rationale & in se, & in nobis, in se quidem, quia in eodem genere non advenit forma formae, nisi ut perfectius constituit in illo genere, in alio autem quicquid advenit, scilicet ut accidens, imperfectius est quicquam praesupposita forma substantiali, patet ergo responsio ad formam argumenti, quia illa opinio (ponens scilicet actum entitativum in materia, ac etiam pluralitatem formarum in composito, de qua ibi Doctor, ) non destruit distinctionem inter formam substantialem, & accidentalem, nec in se, illa enim est immediata, quia haec est haec, & illa est illa, nec quantum ad cognitionem nostram per media illa, per quae possunt cognoscere distinctionem illam, sicut ad posterius. Nec mirum si distinguendo hanc formam ad illa secundum intellectum nostrum oportet uti posterius hanc formam, & illa, quia nec alio modo cognoscimus formas substantiales, nisi a posterioribus, ita Doctor cit.

6. Minus etiam recit deditur conflatum illud, quod Arist. non agnovit actum entitativum materiae, sed eam potestur puram potentiam in generentis, eo quia solvens argumentum antiquorum, quo ex hoc, quod materia sit ens in potentia, deducebatur esse nihil, & sic res fieri ex nihilo, recurret ad successione formarum, sub quibus temper est non autem ad actum entitativum. Nam vera hae Auctor, nec argumentum Antiquorum, quo negabant generationem substantialem, nec solutionem Aristot. hederet referret, verum entium enim antiquorum id erat, ut diximus in expositione text. i. Phys. c. ex nihilo nihil fit, si ex alio, ergo esset antequam fieri, quod est falsum, ergo nihil de novo secundum substantiam oritur, ecce Arist. verba, quibus r. Phys. 71. difficultatem veterum proponit, necessarium est fieri, quod fit, aut ex eo quod est, aut ex eo, quod non est, ex his autem utriusque impossibile esse negare quod est fieri, esse enim iam, & ex eo, quod non est, nihil utique fieri, subicit enim quicquam oportet, eodem etiam modo eandem proponit difficultatem 1. de Gen. text. 11. ubi se remittens ad ea, quae fultus dixerat in Physicis in huius difficultatis solutione breviter illam perstringit vis verbis, breviter autem, & nona dicens illud, quod aliquis quidem modo ex non ente simpliciter generatur, modo autem alio ex ente semper, itaque enim potentia ens, alia autem non ens, necesse est praesistere; solutio itaque est negando generationem fieri ex nihilo, quia quod subicitur generationi, licet non sit ens in actu, non tamen est purum nihil, sed est ens in potentia, per quem potentiam profecto intelligere nequit obiectivam, si enim concederet, quod Veteres inferebant generationem fieri ex nihilo, sed subiectivam ad esse formale, & completum ad forma recipiendum, declarat posse inferri ad text. 13. & inde, unde oritur perpetua generationum successio, at non praesice in praetere d. difficultatis solutione, hanc enim in eodem text. 11. sufficenter assignat.

7. Aliunde igitur argumenta deducit hic Thomista ad negandum materiam actum entitativum, vel tandem cum ceteris scholis fateatur hanc Scotiam veritatem, imo cum sua, quum plures enim modo etiam sui infinitum putet id negare, ita Manca r. Phys. q. 4. dub. 84. qui citat Cabreram 3. p. q. 2. art. 1. d. 2. p. 2. concl. 3. n. 85. & Mafum r. Phys. sec. 2. c. 9. q. 6. concl. 3. dicentem de hac veritate neminem dubitare, quavis autem hic Auctores tribuentes materiam actum entitativum negent illi deinceps propriam existentiam, quia volunt actum huiusmodi dicere non rei existentiam, sed intrinsecam quandam, & transcendente perfectionem cuiusque, entis, parum refert, haec enim est de solo nomine, ut diximus d. 2. Phys. q. 3. art. 2. qualls etiam est illa, quam insuntunt Auctores: alii est, contra concedentes materiam propriam existentiam, sed negantes hanc dici posse actum, ut Conimb. 1. Phys. c. 9. q. 3. art. 1. Ravius trad. de Mate. q. 3. Niget in clypeo q. 10. Soto r. Phys. q. 6. art. 2. & alii, hae etiam est r. p. de solo nomine, quia ut urgebamus contra Thomistas loc. cit. & specialiter contra Complut. disp. 1. Phys. q. 3. art. 1. cuiusque potentiae proprius correspondet actus, ergo quod modis res dicitur esse in potentia, potest et contra dici in actu, nam quod modis dicitur unum oppositorum, totidem dicitur & reliquum ex Top. cap. 12. cum ergo d. 6. res sunt in esse possibili praesice, dicantur esse in potentia obiectiva, & Logica, profecto dum ab agente extrahuntur ab hoc fratu in rerum natura, non amplius erant in tali potentia, sed sub actu illi opposito, quem vocamus entitativum, si ergo materia propria tribuatur existentia, nihil obicit, quin haec dici possit actus, & haec ratio concludit etiam si materia non tribuatur propria existentia, nam saltem ipsa essentia materiae producta est, & extra & a situ merè possibilis, & a potentia obiectiva, ergo eius entitas in tali statu manens potest dici fieri sub actu opposito illi, ut contra Thomist. inferebamus disp. 2. Phys. cit.

8. Ut igitur probemus principale assertum, non est deferenda via, contra tenet Arist. ipse & r. Phys. c. 1. de Gen. ad idem probandum contra antiquos loc. cit. ibi enim ex duobus praesertim principijs hoc dogma ostendit, unum est, non omnem mutationem, quam in sublimaribus quotidie contingere videmus, esse accidentalem, alterum est viribus naturae ex nihilo nihil fieri, ex his enim principijs manifeste deducitur probatio illius asserti, si enim aliqua substantia de novo producerit in rerum natura per primum principium, vel producerit ex aliquo subiecto, vel ex nullo, hoc dici nequit per secundum principium; ergo datur generatio substantialis in rerum natura, nam per generationem aliquid non intelligimus, quam productionem rei ex alio, per quod opponitur creationi, quae est factio rei ex nihilo, ut dicemus art. sequ. utrumque igitur principium illud probandum restat, & quidem primum quotidianum experimento constat, homines enim, & animalia in diem oriri, ac interire videmus, ex arbore fructus produci, granum tritici humi mandatum corrompi, atque ex eo corrupto spicam pillularum, lignum comburi, & ignem fieri, & alias huiusmodi mutationes, in quibus non sola accidentia acquiruntur, vel amittuntur, sed vetera formae substantiales, quia per eas res naturales veteres substantialiter incipiunt, & desunt, probat hoc Arist. 1. de Gen. 18. in quibusdam enim mutationibus res non dicuntur simpliciter fieri, vel destrui, sed fieri tales, definire esse tales, ut dum homo fit albus, aqua calida, & c. haec sunt mutationes accidentales, quaedam vero sunt, per quas res dicuntur simpliciter fieri, vel corrumpi, ut super recentem, & illa sunt substantiales, quibus enim dicit, cum obierit animal, & fit cadaver, cum extinguatur ignis, & fit cinis, esse mutationem tantum accidentalem, cum post animalis interitum deiciant omnes operationes motus, vitae, & c. post ignis extinctionem illuminationis, calefactionis, exsiccationis, & c. aliae prorsus diversae appareant? profecto si operationes diversae diversas arguant formas, & naturas, dici omnino debet per illas mutationes res naturales substantialiter immutari, quia operationes illae cum simul incipiunt, vel cessant in re genita, vel corrupta, oportet, quod radicentur in aliquo principio communi, quod erit forma substantialis, ad cuius ortum, vel interitum, oriuntur, & pereant, quod etiam argumentum fieri potest de accidentium diversitate, quae in diversis rebus cernuntur, cum enim non relati causa in eodem corpore conveniant, oportet in diversis corporibus diversae fieri formas substantiales horum accidentium exigivas, & non aliorum, eo quia hae diversitas in materiam refundi nequeat cum fit commune subiectum, ac indifferens ad omnem recipiendam.

9. Dices, principium, & originem talium operationum, & accidentium, & talis collectionis eorum (cum aliquo inter se diffita sint, & disparata) ut radice connexionis albedinis, ac dulcedinis in lacte, quae in aliis rebus separata inveniuntur, esse quandam qualitatem occultam. Hoc non satisficit, quia statim percontabimur, an illa qualitas ab alio priori principio ortum ducat, an ipsa sit tale principium, aliorum accidentium, ac operationum illius rei, quod quocumque dicatur, habetur intentum, quia vel illud prius principium, unde oritur, erit substantialis, vel illud non supponit, ipsa erit forma substantialis, quia est de primo conceptu rei, & prima radix accidentium, ac fons operationum ejus. Denique haec res est manifesta in homine, in quo de fide tenemus animam rationalem esse formam substantialem, ac prout de novo gigni per infusioem animae rationalis in corpore, & per separationem ejus interire, ut diximus disp. 2. Phys. q. 1. art. 1. ubi etiam diluimus praecipuas objectiones Balloni, Foroliviensis, Porri, & aliorum quorundam nevanitas in rebus formis substantiales cum Antiquis, qui plura videbunt cupit contra hanc antiquitatem, quae nonnullis Modernis ardet, adeat Suar. disp. 1. Met. sect. 1. Conimb. 1. Phys. c. 9. q. 11. Fonfec. r. Met. c. 7. q. 3. Amic. tr. 6. q. 2.

10. Dices cum aliis Veteribus, dari utique formas substantiales, non tamen novam generationem, vel corruptionem substantialem, quia latitant in materia existendo ibi actu, unde per generationem apparent, non producantur, & per corruptionem occultantur, non intereunt, & haec fuit positio Anaxagorae, qui omnia in unoquoque actualiter contineri assererat, ut ei impingit Arist. 1. Phys. Sed haec etiam antiquitas in illa est, quam optime Arist. cit. reject, & nos disp. 2. Phys. q. 7. art. 1. & correpta data hac opinione reddi nequit ratio, cur non calefaciat, & ignis frigeat, quia si in materia vivis etiam forma ignis actu existit, esse occulta, cum ea constituit ignem, & ac propria ignis proprietates haberet. Si dicas non comburere, quia materia ignis laet, veluti repleta, & mortificata accidentibus contrariis, nempe frigore, ac humiditate; Contra, quia aqua calida reducit le ad pristinam frigiditatem, est eius forma sit accidente contrario mortificata, ergo si forma ignis verè in materia vivis reperitur, est mortificata fit accidentibus contrariis deberet aliquando ad suum calorem redire, quod cum nunquam contingat, figurum est non latere tantum, sed nequam reperiri formam ignis in materia vivis de hoc agemus infra quaest. 6.

11. Alterum principium ex nihilo nihil fieri per causas naturales adeo manifestum est, ut omnes Philofophi communis calculo in illud consenserint, unde merito Averroes 2. Met. com. 1. 5. enunciationem illam non solum ait esse veram, sed eam ponit, ut primum principium, & per se notum; praecipua autem ratio, quae impulit Philofofos in hunc communem consensum, fuit praesertim quotidianum experimentum, videbant enim nunquam aliquid de novo fieri, nisi praecedente aliquo alio, ex quo illud fieret, ut aquam ex

aere, animal ex femine, & nunquam agentia naturalia quicquam operari, nisi in aliquo subiecto, & dum aliquid corrumpitur, remanere quidpiam in genito, quod erat in corrupto, unde merito concluderant causas naturales non posse quicquam ex nihilo producere, & abique praevio subiecto operari, nec destruendo posse res naturales in profus nihil revolvere.

Sed quantumvis famigeratum sit illud axioma ex nihilo nihil fit, tentavit tamen nuper Perchius in suis Vellig. Peri. velt. 1. in dubium revocare, imò ut alienum profusus ab Arist. & solium ab eo de mente antiquorum relatum, apud quos hoc axioma urgebat, ostendere; ne autem auditor in prima lectione sui operis perculsus maneat ignota peregrinitate asserti, nimirum quod ex nihilo aliquid fiat in Arist. Sent. multis conatur ostendere huius asserti veritatem, & oppositi falsitatem, quod scilicet ex nihilo nihil fit, fundatur autem praesertim in quadam auctoritate Arist. in lib. de Xenophano, quam ipse cap. 1. vellig. 1. statim obicit Lectori, ut eum statim convincat, ubi Aristot. sic loquitur: quare si omnia, qua in opinionem veniunt, & apparent, non verè existimantur, nihil fortasse convenit, ut huic etiam opinioni, & dogmati acquiescamus, quod nihil ex nihilo fieri statuit, quippe cum una etiam quadam ex non rectis hac opinio fit, quam ex sentiendo quadammodo, cum in multis opinionibus, existimavimus audistine (inquit Perchius) quod hoc dogma ex nihilo nihil fit est opinio non recta? non rectè exillmata? non conveniens, nihique habens, cui acquiescamus?

12. Ut verum fateamur, stemus, cum tam ingentem disputacionis apparatus legitimus de dogmate praesertim adeo trito, accepto, ac tam ulterius perreximus, & sequentibus capitibus sedulo studium, in quo sensu doceat in Arist. sent. verum esse hoc assertum ex nihilo aliquid fieri, & oppositum falsum ex nihilo nihil fieri, obfussum quidem, non ignota peregrinitate asserti, quia in eo sensu, quem ibi docet, fatentur omnes ex nihilo fieri aliquid, nec ullus dissentit, sed cur vir doctissimus tantum laboris impendat, tam prolixam inlituatur disputacionem ad ostendendam rem notissimam, & a nemine controversam, cum tamen in ejus exordio pollicetur se peregrina edoctrum, quare cum res ita se habeat, non opus est singula ponderare, quibus probat falsitatem illius enunciationis ex nihilo nihil fit, & oppositi veritatem, sed solum ostendere, quod in eo sensu, quo huius veritatem proferunt, & illius falsitatem, nullo in Peripato habet contradictonem.

Itaque cap. 4. ex duplici limitatione illius dicit ex nihilo nihil fit in Aristot. facta ostendit, in quo sensu tenendum fit ex Aristot. mente ex nihilo aliquid fieri; prima limitatio habetur 1. Phys. c. 73. ad 77. ubi text. praesertim 75. docet, quod licet non possit aliquid fieri ex nihilo per se, potest tamen fieri per accidens his verbis, non autem, & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo, quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, ut secundum accidens, ex privatione enim, quae est per se non ens, non ex eo, quod inest, fit, quem textum ita exponit Perchius cum communis interpretum, quod duplex est hieri, per se, & per accidens, quod fit per se, est ex inexistente idem remanente in consuetudo, atque tale fieri simpliciter, & proprie ex illo, ex quo fit, quod fit per accidens, fit ex termino, non inexistente, sed abiecto, & fieri tale est fieri secundum quid, & secundum accidens; & concludit in Sent. Arist. aliquid fieri posse ex nihilo, non quidem per se, quia non ens nequit esse pars interna rei factae, sed solum per accidens tanquam ex termino ad quo, si enim absum ex non albo, homo ex non homine. Hoc autem cum sit in consensu apud omnes in Peripato, privationem nimirum esse principium rerum naturalium per modum termini ad quo, & obiectiōis, ut declaravimus disp. 4. Physic. iam constat, quomodo in hoc sensu nemo Peripateticorum negat ex nihilo aliquid fieri, alioquin eo ipso negaret privationem esse principium rerum naturalium; solum hic adverti debet, quod docuimus disp. cit. q. 3. in fine cum Scoto 2. d. 12. q. 1. cum Arist. inquit text. cit. & etiam text. 66. privationem esse principium per accidens, intelligi debet respectu compositi, & rei genitae, non generationis, huius enim est principium per se, ut ibi demonstramus, dicitur autem respectu rei genitae principium per accidens, quia necessarium ad ejus fieri exigitur, non tamen remanet pars intrinseca ejus, sicut materia, & forma, quae fuit exposito simpliciter in illis text. Allam ejusdem propositionis limitationem asserti eodem cap. ex Aristot. 1. Physic. 78. & 12. Met. 8. ubi distinctione ente per actum, & potentiam, docet ex non ente actu, sed potentia ente fieri ens, quibus locis, ut etiam fatetur Perchius, terminem facit Arist. de generatione compositi; unde per non ens in actu, sed potentia, subiectiva nimirum, & informabili materiam intelligit, quae venit in compositionem cuiuscumque compositi, & rursus in hoc sensu ex nihilo fieri aliquid concedunt omnes Peritici.

13. Quoniam autem videbat Perchius in hoc sensu omnes concessuros, quod ex nihilo sit aliquid, & solum negaturos si ly nihil dicit negationem extra genus, si neget nimirum etiam subiectum praesuppositum, ideo ad cap. 8. probare incipit caelos, intelligentias, & materiam primam fuisse a primo efficiente ex nihilo prorsus producta, atque ideo Arist. agnovisse creationem, imò non solum exeram, sed etiam temporariam probare conatur cap. 9. Verum nec ita ostendendo aliquid fieri ex nihilo quid peregrinum profert, quia assertum illud ex nihilo nihil fit de causis secundis proferri solet, primam enim causam entia quaedam secunda immediate est nihil fecisse docuerunt Peripateticorum pars melior, ut ipse fatetur in fine illius cap. quod autem specialiter asserit ibidem Aristot. nempe etiam creationem in tempore concessisse, quavis id falsum



nam autem dicitur, diximus disput. 2. de Caelo quæst. 5. ubi etiam ejus rationes diluimus, adhuc tamen neque hoc novum, & peregrinum est, cum multi ante ipsum id affererint, ut refert Pererius ibi cit.

14. Id autem, in quo singulariter fundasse videtur hic Auctor suam factionem ex nihilo, etiam per causas naturales possibilem, est educio formarum materialium de potentia materie, cum enim non fiat ex materia, ut ex parte intrinseca sui, nec in eam, ut in parte refoventur, hinc afferit agens naturale eas ex nihilo facere, & in nihil refovere, ita declarat cap. 4. cap. 13. in fine. & adhuc magis cap. 14. unicum ejus fundamentum, ut ex eodem c. colligitur, est, quia ex 1. Physic. aliter dicitur fieri ex altero bifariam duntaxat, vel ut ex termino, vel ut ex parte, ita quod ly ex dicit tantum habitudinem termini, vel partis, unde et aliquid ex nihilo fieri non dicitur, debet fieri ex aliquo sibi inexistente, ut pars, quo sensu fieri ex aliquo tantum compositiorum est, & idem cum forma non fiat ex materia, ut ex parte, concludit ex nihilo fieri, & ait hac ratione Philoponum contra Proclum afferuisse formam fieri ex nihilo. Si dicas fieri ex materia, ut ex præjacenti subiecto, & idem fieri ex aliquo. Negat in primis assumptum cap. 5. quia proprie loquendo forma materialis fit in subiecto, non autem ex subiecto, deinde cap. 14. negat consequentiam, quia ne aliquid dicitur ex nihilo fieri, debet fieri ex aliquo, ut ex parte sibi inexistente, unde cum forma non fiat hoc pacto ex materia, merito dicitur fieri ex nihilo. Si dicas terminum creationis esse negationem extra subiectum, & extra genus, & idem cum forma fiat ex negatione in subiecto præsupposito, non debet dici creari. R. respondet se afferere formam fieri ex nihilo, non autem creari; si enim refert ad rationem creationis, quod terminus a quo fit negatio in genere, vel extrâ genus, parum tamen refert ad rationem factionis de nihilo, unde vel videtur, quod factio ex nihilo fit quid latius creatione, quia subiectum præsuppositum ad actionem tollit rationem creationis, non tamen factionis ex nihilo. Hanc autem doctrinam, scilicet ne res ex nihilo fieri dicitur, debere fieri ex alio, ut ex parte inexistente, & non sufficere, ut ex eo solum fiat ut ex subiecto præjacenti, & recipiente, attulit ante Perichium Contarantus in suis quæst. Peripat. tom. 1. qu. de Origine formarum cap. 2. & tenui veluti in Aristot. sane vera verba esse hoc tamen principio non intulit, ut Perichius, formas fieri ex nihilo ab agente naturali, sed potius esse æternas, ingenerabiles, & incorruptibiles, cum assignari nequeat, ex quo subiecto constitui possint, quod illatum, & etiam refert peris confessionem poterat ipse Perichius inferre, si vera esset doctrina, quam tradit de omnibus formis substantialibus univèrsim veltig. 6. lib. 1. cap. 2. esse scilicet ingenerabiles, & incorruptibiles, sed nos infra reiciemus quæ 2. ar. 2. & quæst. 6. num. 142. & seq. ejus fundamenta diruendo ex Arist. desumpta.

15. Sed conjunctive fit hæc doctrina, sanè falsissima est, & adhuc falsius illatum, inde Perichio deductum (nam illatum Contarantus impugnavimus infra qu. 6.) est enim contra comm. Philoponum aliter formam materiales non fieri ex nihilo, quia sunt ex præjacenti subiecto, ac etiam Theologorum, qui dum definiunt creationem esse factionem entis ex nihilo, unanimiter ajunt ly ex excludere habitudinem nedum partis, sed etiam subiecti præjacentis, unde consequenter negant formas materiales fieri ex nihilo, quæ sunt ex præsupposito subiecto, & idem fallum est ly ex dicere tantum habitudinem partis, vel termini, nam dicitur enim habitudinem subiecti. Dices te loqui in sent. Arist. non Theologorum, & apud Arist. ly ex, dicere tantum habitudinem partis, vel termini, non subiecti, nec apud Arist. dici formam fieri ex subiecto præsupposito, sed in subiecto; ac etiam quod licet præsuppositio subiecti tollat rationem creationis, non tamen factionis ex nihilo, quia si subiectum præsupponi (inquit ipse c. 14. num. 41.) est causa tollens factionem ex nihilo, ergo subiectum non præsupponi est causa factionis de nihilo, quare si anima præexistet ante corpus, homo de novo factus ex parte præexistente esset factus de nihilo. Agè loquamur in Sententia. Aristot. certè facilis nos invenimus apud eum formas fieri ex materia, quæ fieri ex nihilo profluit, ut ipse ait, non enim afferit ipse locum, ubi Arist. exprimat formas ex nihilo fieri, afferit tamen locum, ubi docet fieri ex materia, & consequenter ly ex dicere etiam habitudinem subiecti, nam cap. 10. num. 29. inquit, Arist. 1. Physic. a. tex. 58. ad 64. ipse fieri tribuere composito, materie, privationi ac etiam forme, cum inquit mucum fieri ex immucio, id est formam quæ fit subiecto forma illa privato, ergo in sent. Aristot. etiam ex ipso Perichio ly quo dicit habitudinem subiecti, & forma dicitur fieri ex subiecto præsupposito; & quamvis Aristot. frequenter explicet causalitatem materie in formam per habitudinem in quo, ita tamen explicuit, ut sit idem, quod habitudo ex quo, & significet veram dependentiam forme à materia in tuo esse, fieri, & conservari, ut diximus disp. 2. Physic. quæst. 7. art. 2. & disp. 5. qu. 4. art. 1. nam etiam anima rationalis dicitur esse in corpore, & fieri in corpore, & tamen adhuc creatur, quia simplex habitudo in quo non exprimit dependentiam forme à materia in esse, fieri, & conservari, sed solum informationem, & receptionem in ea. Denique fatius erit juxta phrasim Arist. 7. Met. 26. & 27. dicere formam in fieri, seu in alio fieri, quam ex nihilo fieri, cum nullibi Arist. hac formula loquendi utatur.

16. Quod autem ait subiectum præsuppositum tollere rationem creationis, non factionis ex nihilo, præterquam quod contra communem distinguit factionem ex nihilo à creatione, quæ tamen solet per illam defini, ac proinde debet cum ipsa converti, adhuc est vo-

luntariè dictum, quia eadem facilitate negari posset tollere rationem creationis, nec ratio, quam adducit ad id probandum, suffragatur, nam præterquam quod posset afferri ad idem probandum de creatione, non concludit, quia modus ille arguendi valet tantum in causis præcis, modò licet subiectum præsupponit fit causa tollens factionem ex nihilo, non tamen est causa præcis; quia ergo forme materiales dependent à subiecto sicut, idem non dicitur creari, vel de nihilo fieri, sed generari, vel potius educi de potentia illius. Ex dictis deducitur fundamentum Perichii esse prolium labile, & penitus coincidere cum fundamento opinionis admittentis inchoationes formarum in materia, dicebat enim præcedere formam in materia secundum aliquid sui, ne heret ex nihilo, quia putabat opus esse, ne res fieret ex nihilo, fieri debere ex aliquo, ut ex parte, quod est ipsissimum Perichii fundamentum: At illa opinio ab omnibus passim refellitur, sed præsertim à Scoto 2. n. 8. qu. ubi etiam inbecillitatem fundamenti eius demonstrat, quia ex nihilo fieri non tantum negat præficientiam partis intrinsecæ componentis id, quod fit, sed etiam subiecti per se concurrentis ad productionem forme, quæ fit, unde cum forme omnes materiales supponant subiectum, à quo dependentur sunt, non d. c. utur ex nihilo fieri, sed de potentia materie educi, & generari, de quo videatur disp. 2. Physic. quæst. 7. art. 1. Maneat igitur inconcussa veritas illius principii ex nihilo nihil fieri, & in nihil aliquid non resolvi per causas naturales, ita enim probatum manet principalem assertum.

Neque ab hæc veritate adeò explorata nos deterrere debet audioritas à Perichio allata ex libro de Xenophane, & observatio ab eodem adeò accuratè facta, quod ubique Aristot. axioma illud proferat, semper ut ex Antiquorum positione pronunciat, nam, & Antonius Rossicus quod observaverat 1. Physic. q. 9. in prima ratione in oppositum, neque idcirco eam damnavit, ut fallam, & à Lycro ablegavit, ut ab Arist. mente absolute alienam, fed inquit idem semper, ut ex positione Antiquorum refertur, quia antiquissima erat, & ne cogere eam probare, cum recepta foret ex communi sapientium consensu, non vero ut inueneret illi nullatenus assentiri, cum eam frequenter afferat etiam ad asserta sua probanda; in libro vero de Xenophane eam dicit non esse universaliter veram, ut proferebatur ab Antiquis, quia ex nihilo fit aliquid, tanquam ex termino à quo, & vera privato est unum ex tribus principiis rerum naturalium, ut latè ostendit 1. Physic. contra Antiquos, & idem bene eos carpit loc. cit. quod non rectè eam propositionem receperint, ut universaliter veram, quia in aliquo sensu est falsa. Perichius lib. 2. Defens. pertotum totis viribus tentavit hanc suam factionem formarum ex nihilo multis propagare, nostrique rationibus occurrere imò ad hoc suum assertum facilius tuendum negat cap. 1. à Theologis bene definiti creationem, quod fit factio ex nihilo, contendente esse productionem ex aliquo; contra quem latissime disputat disp. 12. Met. qu. 4. art. 1. & 2. & lib. expurg. quæ 2. quæ loco sunt omnino videnda pro exacta hujus materie intelligentia.

17. In contrarium sunt objectiones quedam. Prima, si quid generatur substantialiter, fieri debet ex non ente simpliciter, sed ex nihilo nihil fit, ergo nulla de novo datur generatio, min. patet, maj. prob. sicut se habet generatio secundum quid ad non ens secundum quid, ita se debet habere generatio simpliciter ad non ens simpliciter, sed generatio secundum quid fit ex non ente secundum quid, ergo, & c. Secunda, totum non generatur, nisi per productionem partium, sed materia, quæ est pars compositi naturalis, est ingenerabilis 1. Physic. 82. ergo. Tertia, totum vel generatur secundum essentiam, vel secundum existentiam, vel primum, quia essentia rerum, cum sint æternæ, non generatur, ut et corruptuntur; fit secundum, cum existentia fit accidentis essentia, non esset generatio productio substantialis, fed tantum accidentalis. Quarta, si datur generatio substantialis, ita ut aliquid remaneat in genito, quod erit in corrupto, sequitur, res speciei diversæ substantialiter non differre, quia in materia conveniunt, & eandem materie entitatem transire ab una in aliam speciem. Quinta, corruptio repugnat bono univèrsi, cum fit privato boni, & entis, ergo in iplo flatuenda non est, nec consequenter generatio, quæ illi correspondet.

Resp. ad 1. negat. maj. si non ens simpliciter in majori neget totam entitatem, ita ut quod generatur, fieri debeat ex nulla præjacente materia, conceditur autem objectioni quædam. Prima, si quid generatur ex eo, quod non est totum illud compositum, quod fit, & in hoc sensu negata est min. quo etiam sensu tantum non patet assumpta de generatione secundum quid, sicut enim in hac ens secundum quid, ut homo albus, fit ex non ente secundum quid, id est ex subiectivo, cui deest accidentaliter perfectio per ipsam alterationem acquirenda, ita in illa ens simpliciter, ut homo, fit ex non ente simpliciter, id est ex subiectivo, cui deest substantialis perfectio per ipsam generationem acquirenda. Ad 2. maj. non est universaliter admittenda; quia etiam illa pars produceretur de novo, posset totum generari, ut in resurrectione manifestum est, & ratio est, quia totum non est hæc, & illa pars, fed substantia completa, quæ resultat ex unione illarum partium, & adeo unione non erat, licet existerent partes, ut dictum est disp. 3. Physic. quæst. 13. art. 1. Ad 3. utroque modo generatur totum, ita ut terminus generationis sit essentia realis, fed ut singularis, & existens, unde essentia totus est terminus factus, existentia vero modus, sub quo fit, vel ratione cujus fit extra causas; unde etiam fallum est essentias rerum esse æternas, quasi ab æterno fuerint, ut Doctor ostendit contra Henric. 1. distind. 36. dicitur solum æternæ secundum connexionem prædicatorum essentialium, & quia non immediatè, & proximè subduntur generationi,

tionis, & corruptioni, sed tantum remotè, ut ipse docet 3. dist. 22. q. unic. in solut. ad 1. alterius opinionis; ac etiam fallum est essentialiter esse merum accidens, ut dicimus in Met. Ad 4. sicut non inveniunt res speciei diversæ habere idem genus Logicum, ita etiam non inveniunt diversæ habere idem Physicum, & adhuc substantialiter differre per formas específicas; nec etiam inveniunt, cum sit commune formatum subiectum, migrare ab una in aliam successivè, sic enim non mutat suam speciem intrinsecam, & essentialiter, fed tantum extrinsecam, & adventitiam, quemadmodum homo, cum de albo fit niger. Ad 5. contentabit infra art. 3. qua de causa corruptio admitti debet in univèrso.

ARTICULUS II.

Natura generationis substantialis declaratur.

18. UT in unum ab initio quæst. erat difficultas de Generatione, an ejus essentia consisteret in mutatione, ut sæpius Arist. insinuat videtur cum definiendo, an potius in actione, generatio enim ut à creatione distinguitur, idem sonare videtur, quod productio rei de aliquo subiecto, ut constat ex præced. ar. quam quidem controversiam centenus esse de nomine, quia secundum communem usum loquentium, & Philoponorum utroque modo accipi solet, per actionem nimirum generativa, à creativa distinguitur, & pro peculiari quadam specie motus, feu mutationis in communem, ut constat 1. Physic. 6. & 1. Met. 7. ubi generatio inter mutationis species censetur, hinc Scotus 1. distind. 2. q. 7. K. & distind. 3. q. 2. E. & alibi sæpe distinguit de generatione in ratione productionis, & in ratione mutationis, & advertit non esse confundendam unam, in ratione cum alia, quia sunt valde diversæ, ac etiam ab invicem separabiles, ut quod inveniunt potest generatio in ratione productionis, cum adit ratio mutationis.

19. Idcirco minus redè inquit A. veris q. 37. sect. 2. generationem in ratione productionis non distinguitur à generatione in ratione mutationis, sed eandem actum esse in prædicamento actionis collocatum, & per connotata solum differre, quia generatio mutatio connotat terminum à quo, generatio productio minime. Non placet, etenim generatio, ut productio formaliter est in divinis, non vero, ut mutatio, in ratione productionis est in genere relationis, cum sit respectu adveniens in ratione mutationis in nullo est prædicamento directè, cum sit respectu secundum quid realis; item in ratione productionis habet per terminum causam efficientem, & productum, in ratione vero mutationis subiectum, formam, & privationem, ut constat ex disputatione prima Physic.

Dices cum Joan. de S. Thom. citat. quod licet in ratione productionis, ut sic, accidat ei, quod fit mutatio, quia sine mutatione in divinis reperitur, tamen in ratione productionis à subiecto dependentis, qualis est quæcumque generatio creata, est essentialiter, & intrinsecè mutatio. Contra, quia in mundi initio in rerum productione animæ rationalis adveniens in ratione mutationis, cum sit respectu adveniens, animatur, & idem eventum ex specibus Eucharistia corruptis aliquid producit, tunc enim in eodem instanti subrogatur materia, & tamen in his casibus interveniunt veræ generationes, & educationes formarum de potentia materie: sine illa mutatione vera subiecti, quia non præexistit cum carentia forme, quam doctrinam sæpe in Physic. dedimus disp. 2. q. 7. art. 2. & 3. disp. 4. q. 3. & 4. disp. 16. q. 2. & alibi, ergo ratio mutationis profluit accedit generationi, etiam ut est productio rei dependentis à subiecto, licet regulariter cum ea reperitur conjuncta. Quod autem respondet hic Auctor in his casibus sufficere ad mutationem, quod privatio præcedat formam prioritate nature, abundè ibi explodium est ex Doctore multis locis, quia Physicè prior est rem aliter se habere nunc, quam prius, ar. insans, seu prius nature non designat id, quod est prius in existendo, quia non mensurat existentiam rei, ut perperam putavit Perichius veltig. 1. cap. 7. fed solum notat præficientem, secundum quam aliquid tuapte natura aptum est alicui convenire, vel non convenire, non autem quod de facto conveniat, vel non conveniat, ut diximus disput. 9. Log. quæst. 2. art. 1. ergo præcedere privationem in materia in instanti nature aliud non est, quam quod privato suapte natura materie conveniat, nisi ab agente extrinsecè excluderetur per introductionem forme, non autem quod de facto conveniat, quia in illo instanti temporis supponitur habere formam.

20. At respondet, ut detur mutatio, non semper necessariam esse præficientiam privationis in materia, fed exclusionem privationis in re per actionem extrinsecè agentis; non quæ inerat formaliter, sed quæ debeat inesse, excluditur autem privatio in hoc sensu, etiam si non præficerit duratione, per hoc solum, quod potentialitas materie reductur ad actum ab extrinsecè agente educendo formam ex ea, hæc autem reductio, & actualio non videtur fieri posse sine aliquo motu, & mutatione, imò videtur ipsamet mutatio, quia motus est actus entis in potentia, quatenus in potentia; item in allatis casibus licet materia non præcedat formam cum privatione per aliquod temporis instans, tamen in illo eodem instanti per actionem extrinsecè agentis tendit in terminum ad quem, ergo necessariò respicit etiam terminum à quo, & cum forma fit, necessariò fit ex ipso contrario positivo, vel privatio, autem solum negativò, fed omnis transitus, seu tendentia de termino à quo ad terminum ad

quem in subiecto est essentialiter mutatio, cum deferatur unum, & acquiratur aliud.

Hæc solutio fallis innotuit fundamentis, primò enim fallum est ad rationem mutationis sufficere, quod ab agente excludatur à materia privato, non quæ iniferit, sed quæ debeat inesse, mutari enim est rem aliter se habere nunc, quam prius 6. Physic. 32. ubi per hanc ultimam particulam designatur ordo ad non esse forme immediate præcedens in subiecto, ergo ut mutatio fit vera, debet per actionem agentis excludi à materia privato, quæ verè illi inest, non quæ debeat, vel poterat inesse; Accedit, quod subiectum per mutationem dicitur relinquere privationem, & acquirere formam, at quomodo relinquere potest id, quod nunquam habuit, fed solum habere potest? Fallum est insuper, quod actualio potentialitatis materie per formam nequeat esse sine motu, vel sit ipsa mutatio, quia hæc actualio non semper fit cum transitu potentie ad actum, fieri enim potest etiam sine tali transitu ex hypothesis, quod subiectum non præcedat duratione formam, sic enim non transit de uno opposito in aliud, cum nunquam fuerit sub illo, & cum inquit motum esse actum entis in potentia, quatenus in potentia, hoc est pro nobis, quia ut diximus disp. 15. Physic. q. 4. ly quatenus in potentia denotat potentiam subiecti cum ordine prioritatis ad actum, seu non esse forme immediate præcedens in subiecto, qui ordo cum deficit in allatis casibus, nequit dici subiectum mutari, etiam si formam recipiat, & per eam adactur. Fallum est insuper in illis casibus verè subiectum transire de non esse forme ad esse forme, ut ad mutationem exigitur, & de termino à quo ad terminum ad quem, quia terminus à quo transitus per mutationem importat est negatio in genere, seu in subiecto, non autem extra genus, seu extra subiectum, quia per talem transitum subiectum dicitur deservire unum terminum, & alium acquirere, at quomodo deservit terminum, quem nunquam habuit? Accedit, quod si ad Physicam mutationem (qualis est ea, de qua hic est sermo) sufficit pro termino à quo negatio extra genus, tunc creatio poterit dici Physicæ mutatio, quia in creatione non esse rei præcedit esse rei, & in creatura in hoc sensu transit de non esse ad esse. Demum fit per mutationem materie in illis casibus aliud non intelligit, quam solum actualionem potentialitatis materie, ut inculcare videtur hic Auctor, cum hoc quoque modo creatio compositi dici possit mutatio, ut Scot. docet 2. dist. 1. q. 5. in fine, ultro concedimus generationem in creatis semper cum mutatione contingere.

Hic occurrendum est ad ea, quæ Pontius habet in append. apolog. n. 55. & infra n. 164. pro defensione præfate Recentiorum doctrinæ, opus scilicet non esse ad physicam mutationem, quod privatio in materia præcedat duratione formam; Verum quia ab his, quæ contra objecimus in additione facta ad disp. 1. 5. Physic. q. 2. se se tueret Burleicis armis confutendo ad distinctionem de larga, & stricta vocabulorum acceptione, non est hic immorandum; inquit enim loc. cit. num. 166. in hoc puncto inter nos non esse, nisi quæstionem de nomine: si enim physica mutatio proprie, & strictè sumatur, utique ait opus esse, quod privatio præcedat duratione formam in materia, in quo sensu locutus est Scotus à nobis citatus: quando verò id ipse negavit, se non accepisse mutationem strictè, sed largè; quia distinctione sæpius utitur in illa append. ut nobis occurrat.

Verùm hic prætereundum non est non videri Pontium scitis sibi constare, locis citatis sic respondendo; etenim n. 55. cit. ita scribit: Dico disp. p. de Gener. n. 3. ad veram mutationem opus non esse, ut privatio præcedat prius tempore formam; Hoc jam iterum confirmo, & quod non sit negare contra Scotum, neque contra veritatem ostendo inferius n. 163. dum respondeo ad ea, quæ ipsi contraponunt; ita ibi Pontius, sed loco ab ipso citato num. 162. & seq. respondet, ut jam diximus, ad mutationem proprie, & strictè sumptam debere utique privationem præcedere formam tempore, non tamen largè sumptam, dicens se non fecisse mentionem de mutatione strictè accepta disp. p. de Gener. si ergo ita est, ut hic aliter, quomodo supra n. 55. inquit fed dixisse disp. p. de Gener. num. 3. ad veram mutationem opus non esse, ut privatio præcedat duratione formam, & hoc iterum ibi confirmat nec esse contra Scotum, nec contra veritatem? planè vera mutatio apud omnes significat idem, quod mutatio proprie, & strictè sumpta; At forte dices, quando Pontius scripsit sub n. 166. oblitum esse eorum, quæ superius dixerat n. 55. Sed neque ad hæc venia dignus est, quando hoc etiam ei permittitur, quia nedum sub n. 66. ait ad mutationem proprie, & strictè sumptam debere privationem tempore præcedere formam in materia, sed hoc etiam afferit immediate post n. 55. nimirum num. 56. g. addo tamen ulterius, ubi in eadem pagina paucis lineis palam sibi contradicit, dicens num. 55. ad veram mutationem opus non esse, ut privatio præcedat prius tempore formam, & n. 56. dicens id opus esse ad mutationem proprie, & strictè sumptam, quæ sola est vera mutatio, nisi Pontius, ut solet, vult ludere verborum.

Denique nostras rationes referens in ea additione allatas ultimam sic refert sub n. 169. Probant idem denique quia definitio mutationis non debet intelligi, ut ego intelligi, fed ut ipsi; In hoc reperiunt principium, cum id sit in controversia, & non probetur ab eis; sic ille, At hæc sunt nunc Auctori familiares in ea append. non ita jocosè arguitur loc. citat. fed inflam definitionem mutationis ex 6. Physic. desumptam, quod mutari est rem aliter se habere nunc, quam prius, non debere explicari, ut ipse exponit, quia hoc pacto subiectum semper diceretur mutari, quia verum semper est dicere subiectum aliter



alter se habere per formam etiam sibi coævam, quam se habere se in se. Tum qua etiam Doctor ipse d. p. quæst. 5. in fine agnovit hoc significatum mutationis, sed ait hoc non esse proprium eius significatum secundum quod à Philosophis distinguitur generatio à creatione, quia in hoc sensu etiam creatio alicuius compositi v. gr. ignis dici potest mutatio, &c. Videat nunc Pontius, an ridiculè arguamus, ut ipse refert, an propositum probemus, necne. & an principium petatur à nobis. Deinde quomodo inquit hoc esse in contravertit, nam scilicet definitio mutationis debet intelligi, ut nos, et ipse, si jam supra num. 166. concessit, quod loquendo de mutatione proprie, & strictè, & non in lata significatione, ut ipse accipit, opus est privationem tem pore præcedere formam in materia? & consequenter definitio mutationis 6. Physicæ tradita debet intelligi, ut à nobis exponitur, cum ibi demitur mutatio physica à Philosopho cum omni proprietate, ut à creatione distinguitur, & non in latissima significatione, ut cum ea convenit. Et hinc etiam judicare poterit prudens Lector, quam iusta sit preclara in nos sortita ibidem à Pontio, qui vocabulum mutationis accipimus cum omni proprietate prout à creatione distinguitur, & iuxta communem modum loquenti Philosophorum, ut volens solens fatetur, eum interim illud ipse accipiat in lata, ac impropria significatione, ut etiam convenit creationi; judicet (inquam) prudens Lector quibus nostrum rectius loquatur in quaestione, quam ait esse de nomine. Ad aliam quamdam eisdem cavillationem lib. num. 164. dicam etiam distinguitur. Metaph. quæst. 9. num. 298. cætera non sunt consideratione digna, &c.

31. Ruvius concedit in illis casibus mutationem non intervenire, sed negat tunc compositum fieri per generationem, & ait fieri puram, & solum educationem, quæ est actio essentialiter distincta à generatione, nam educio est actio præsuppositiva subjecto, at generatio ulterius est à privatione ad formam. Contra, imò qua educio est actio essentialiter distincta à generatione, debentur eis termini essentialiter diversi, à quibus specificentur, & cum propriis terminis actiōis educitivæ sit forma, male ponitur à Ruvio in illis casibus compositum, quia compositum non dicitur educi, sed generari. Item agens educendo formam respicit materiam, ut subjectum rei producendæ, & causam extrinsecam eius, producendo compositum respicit materiam, ut partem rei producendæ, & causam intrinsecam eius, hoc autem modo producere est verè generare, non educere, ergo etiam in illis casibus compositum accipere esse per generationem, non autem per educationem, est dictis in Physic. disp. 7. qu. 2. sed interduum solum denotat necessariam connexionem unius actiōis cum alia, & sic in proposito dicendum est, generationem consequi ad alterationem, & quasi eæ resultare, non veluti passiones ab essentia, ut aiebat Thomistæ, imò dissimiles e- xemplum asserere non poterant, nam illæ ab essentia resiliunt, quia cum ea sepe esse, & existerè solent, at forma substantialis, & generatio est incompatibilis cum alteratione, sed resiliunt dicitur, quia actio alterativa est dispositio necessitatis ad generativam, non postquam alteravi agens naturale subjectum per prævias dispositiones usque ad certum terminum, necellario generat introducendo formam substantialem, hoc autem non impedit, imò potius denotat alterationem, & generationem esse actiones distinctas, unam tamen ordinatam ad aliam, undè, quia generatio substantialis est hinc prævia alterationis, poterit in hoc sensu dici terminus, scilicet non intrinsecus, quasi per ipsam productum, ut notavit Doctor 4. d. 12. q. 3. verè, & sic arguitur.

24. Adhuc tamen exprimitur in ea definitione, quod terminus generationis substantialis est compositum substantiale, ut distinguitur ab educatione, quæ utique est productio substantialis, ac non attingit compositum, sed solum formam substantialem, quæ proprie dicitur educi de potentiæ materiæ, generatio verò est (solum) compositi, ut dicitur Aristot. frequenter 1. Phys. 64. & 7. Met. 26. 27. & 28. & alibi, dicitur etiam generatio actio productiva compositi, & non formæ, quia ut docet Scot. 3. d. 2. q. 2. §. quantum ad primum, totum est primus terminus ad quem generatio, non altera pars, imò si generat; pars præexistit, & de novo univentur, nisi minus esset generatio, vel productio ipsius compositi, sicut in resurrectione dicta quod tam anima, quam corpus præexistit secundum suas entitates, adhuc fieret resurrectio ad esse totius compositi, non autem ad esse corpus, vel anime, nec ad ambo ista; ita Doctor ibi, & idem in 4. d. 13. quæst. 1. §. ex dictis distinguitur actionem, quæ est compositum, ab ea, quæ fit formam, hanc vocans educationem, illam verò productionem. Hinc hallucinantur Sur. disp. 15. Met. sect. 2. n. 14. Conimb. 1. de Gen. c. 4. q. 15. dum has actiones non distingunt, & ajunt eadem omnino actionem, quæ fit compositum, fieri quoque formam, quæ ratione ab Aristot. loc. cit. dicitur potius conferri, quam fieri; Nam etiam forma propria actiōis educit, imò prioritate executionis, & naturæ prius ipsa produceret, quam compositum, ut diximus disp. 2. q. 7. art. 2. ubi etiam explicimus, quo sensu intelligendus sit Aristot.

25. Imò universaliter errant Moderni ferè omnes autumantes eandem proutus esse actionem realem, educationem formæ de potentiæ materiæ, unionem eisdem formæ cum materiæ, & productionem compositi, quem dicendi modum inter alios amplectitur Ruvius 1. de Gen. tract. 1. q. 3. quod productio formæ fit ipsam unionem eius cum materiæ, probat, quia sicut ejus esse inefficax, quatenus si- upe natura extræ materiæ conservari nequit (excepta anima rationali) sic ejus fieri esse in fieri, & idem non est geminata actio, una, per quam fiat, altera, per quam fiat in materia, quod etiam per eandem

portat respectum extrinsecus adveniente, ex dictis disp. 5. Physic. q. 9. non compositum, & idem, merito unio non debet dici actio substantialis productiva, sicut est generatio, sed unitiva, ut diximus disp. 1. Physic. q. 4. art. 2. & magis explicabitur q. seq. art. 1.

23. Deinde additur, quod est actio productiva termini, seu compositi substantialis, ut per hoc distinguitur ab omni accidentali actiōe, & productione, & consequenter insinuat contra Thomist. cit. ab initio q. esse actionem distinctam à prævia alteratione, dicebant enim ipsi in ultimo alterationis instanti resultare formam substantialem ex eadem ipsa alteratione abque alia nova actione, & agens in eo instanti non tam agere, quam potius terminare præcedentem actionem, & alterationem; Hoc est omnino falsum, quia nequit esse eadem actio, quæ per se hanc accidens, & substantia, cum actiones à terminis specificentur; Si dicas utique formam substantialem non esse terminum ab alteratione, vel per alterationem productum hic enim est qualitas, ac proinde illam non specificat, sed dicitur terminum quatenus consequitur, & resulat sine nova efficientia propter connexionem naturalem cum illis dispositionibus, sicut resulat passiones, postea essentia sine nova actione; Contra, quia si datur actio propria forma accidentali, cur non etiam pro substantialem? tum quia actio alterativa fit mediis accidentibus, ut accidentaria nequeunt attingere productionem substantiæ ex dictis disp. 7. Physic. q. 6. art. 2. per quod solvitur fundamentum præcipuum opinionis adversæ, dicunt enim generationem non importare actionem distinctam ab alteratione, quia substantia non habet actionem aliquam nisi mediis accidentibus, unde quæ post alterationem productum compositum præcedens, & consequenter omnia ejus accidentia, non habebit agens per quid dinceps agat, argue ita necesse est, quod eadem actio v. g. quæ attingit calorem transeat ad substantiam ignis mediante positione caloris resultantem ex connexionem ad illam, sed hoc fundamentum est falsum ex ibi dictis, quia substantia est immediate activa, præsertim actioe substantialis. Tum quia ut bene vidit Joan. de S. Thom. hoc fundamentum Thomist. contra eorum opinionem directè militat, nam si post alterationem immediate corruptum compositum præcedens, in quo secundum eos ipsa substantia educitur, ergo non potest in illa instanti ex tali alteratione resultare ipsa substantia genita, nisi intercedat nova, ac distincta actio attingens ipsam substantiam, quia repugnat fieri aliquid per resiliantiam, & non per novam actionem hoc ipso quod non existit illad, ad quod ponitur consequi; Tum tandem quia resiliantia non semper excludit veram efficientiam ex dictis in Physic. disp. 7. qu. 2. sed interdum solum denotat necessariam connexionem unius actiōis cum alia, & sic in proposito dicendum est, generationem consequi ad alterationem, & quasi eæ resultare, non veluti passiones ab essentia, ut aiebat Thomistæ, imò dissimiles e- xemplum asserere non poterant, nam illæ ab essentia resiliunt, quia cum ea sepe esse, & existerè solent, at forma substantialis, & generatio est incompatibilis cum alteratione, sed resiliunt dicitur, quia actio alterativa est dispositio necessitatis ad generativam, non postquam alteravi agens naturale subjectum per prævias dispositiones usque ad certum terminum, necellario generat introducendo formam substantialem, hoc autem non impedit, imò potius denotat alterationem, & generationem esse actiones distinctas, unam tamen ordinatam ad aliam, undè, quia generatio substantialis est hinc prævia alterationis, poterit in hoc sensu dici terminus, scilicet non intrinsecus, quasi per ipsam productum, ut notavit Doctor 4. d. 12. q. 3. verè, & sic arguitur.

24. Adhuc tamen exprimitur in ea definitione, quod terminus generationis substantialis est compositum substantiale, ut distinguitur ab educatione, quæ utique est productio substantialis, ac non attingit compositum, sed solum formam substantialem, quæ proprie dicitur educi de potentiæ materiæ, generatio verò est (solum) compositi, ut dicitur Aristot. frequenter 1. Phys. 64. & 7. Met. 26. 27. & 28. & alibi, dicitur etiam generatio actio productiva compositi, & non formæ, quia ut docet Scot. 3. d. 2. q. 2. §. quantum ad primum, totum est primus terminus ad quem generatio, non altera pars, imò si generat; pars præexistit, & de novo univentur, nisi minus esset generatio, vel productio ipsius compositi, sicut in resurrectione dicta quod tam anima, quam corpus præexistit secundum suas entitates, adhuc fieret resurrectio ad esse totius compositi, non autem ad esse corpus, vel anime, nec ad ambo ista; ita Doctor ibi, & idem in 4. d. 13. quæst. 1. §. ex dictis distinguitur actionem, quæ est compositum, ab ea, quæ fit formam, hanc vocans educationem, illam verò productionem. Hinc hallucinantur Sur. disp. 15. Met. sect. 2. n. 14. Conimb. 1. de Gen. c. 4. q. 15. dum has actiones non distingunt, & ajunt eadem omnino actionem, quæ fit compositum, fieri quoque formam, quæ ratione ab Aristot. loc. cit. dicitur potius conferri, quam fieri; Nam etiam forma propria actiōis educit, imò prioritate executionis, & naturæ prius ipsa produceret, quam compositum, ut diximus disp. 2. q. 7. art. 2. ubi etiam explicimus, quo sensu intelligendus sit Aristot.

25. Imò universaliter errant Moderni ferè omnes autumantes eandem proutus esse actionem realem, educationem formæ de potentiæ materiæ, unionem eisdem formæ cum materiæ, & productionem compositi, quem dicendi modum inter alios amplectitur Ruvius 1. de Gen. tract. 1. q. 3. quod productio formæ fit ipsam unionem eius cum materiæ, probat, quia sicut ejus esse inefficax, quatenus si- upe natura extræ materiæ conservari nequit (excepta anima rationali) sic ejus fieri esse in fieri, & idem non est geminata actio, una, per quam fiat, altera, per quam fiat in materia, quod etiam per eandem

eandem actionem, quæ educit formam ex materia, & ei unitor, fiat compositum, probat, quia id tantum fit propria, & distincta actione, quod habet esse per se, sed ex illis tribus forma, unio, compositum, hoc tantum habet esse per se, ergo hoc tantum propriam actionem terminat, & per eandem sunt concomitantia cætera. Verum in Physic. loc. supra cit. præterit verò disp. 2. q. 7. art. 1. sæpius hanc communem opinionem resellimus cum Scot. 2. d. 1. q. 5. in sol. ad 5. & 4. d. 1. q. 1. §. ad hæc nunc, ubi diserit hæ actiones ab invicem, omnino ex natura rei distinguit, quia sunt ad alios, & alios terminos ex natura rei diversos, quavis enim id multi negent de composito, quod scilicet ex natura rei non distinguntur à partibus unitis, efficitur tamen hoc offendimus disp. 5. Physic. qu. 3. art. 1. actiones verò per terminos specificantur, & distinguntur, quod autem actiones illæ sint invicem connexæ, & una subordinata ad aliam, ut educivia, & unitiva ad productivam compositi, non efficit, quod formaliter, & entitative fiat una actio, quia simpliciter, & absolute separari possunt ab invicem, potest enim produci forma talis ab agente supernaturali sine unione ad materiam, potest etiam productum unio non producta de novo forma, putat si præexistat, ut contingit de anima rationali, quo casu producitur compositum abque productione formæ, nequit autem separari productum compositi à productione unionis ob essentiali dependentiam compositi à partibus unitis; ad summum ergo inferri potest illas actiones esse unam, & eandem unitatem connexionis, & ordinis, non formaliter, & entitative.

26. Ad primum fundamentum Ruvi, quod probabat unionem formæ cum materia esse ejus productionem, patet ex dictis disp. 3. Physic. q. 4. art. 2. concl. a. ubi non solum de forma substantialis, sed etiam de accidentali demonstrativam diversam esse ejus productionem, ac unionem cum subjecto, & manere posse invariata entitatem formæ, variata, imò destructa unione, ut constat in Eucharistia, ubi accidentis conservantur, & inherencia destruitur; amplius id offendimus disp. 2. cit. qu. 7. art. 2. ubi rationes maioris momenti ex Suarez d. 2. §. 2. ad aliud verò fundamentum, quod probat solum compositum propriam terminare actionem, & per se fieri, satisfactio est hoc proxime cit. art. 2. videas ibi, quæ eadem repetere non vacat.

Demum additur, quod generatio est actio productiva termini, seu compositi substantialis dependens à subjecto; ut generatio distinguitur à creatione, creatio enim est actio independentes à subjecto, per quam res totaliter extrahitur ex nihilo, & idem dicitur potentia Dei, generatio verò fit dependens à subjecto, ex cuius potentia educitur forma, ex qua unita cum materia producitur compositum, ita quod hæc duæ actiones differunt præsertim ex parte subjecti, quia una exercitur dependens, alia independentes à subjecto, undè consequenter differunt etiam ex parte termini à quo, quia ut notat Doct. 4. d. 13. quæstion. 4. & qu. 10. terminus à quo generationis est negatio in genere, & in subjecto, terminus à quo creationis est negatio extra genus, quia quod creatur, fit ex nihilo per se.

27. Sed hic oritur dubium, an generatio fit adeò appropriata productio compositi substantialis, ut nequeat creatioe producti, affirmat Vasquez 2. p. disp. 64. cap. 4. num. 17. quia creatio est ex nihilo, ut ly nihil excludit habitundem partis, & subjecti, ac compositum fit ex partibus, quæ necellario illud præcedunt prioritate nature, & talis prioritas in universum sufficit in causa ad suum effectum, ergo nunquam esse potest ex nihilo, sicut ad creationem requiritur, quod enim nihil præcedat tempore, nequam opus est, alioqui nihil ab æterno creari potuisset. Negat Joann. de S. Thom. cit. artic. 5. quia in creatione fieri ex nihilo tenet lex ex parte termini à quo, in composito autem consistit ex partibus, & ellæ est illis tanquam ex constitutivibus tenet lex solum ex parte termini ad quem, cum pertinet ad constitutivum talis termini, ergo hoc, quod est esse aliquo tantum ex parte constitutive, non opponitur huic, quod est esse ex nihilo simpliciter, tanquam ex termino à quo, ergo neque opponitur ipsi creatiōi, quia creatio salvatur in hoc præcisè, quod fit ex nihilo, tanquam ex termino à quo, & consequenter quod non præsupponat aliqui, tanquam subjectum tranmutatum; itaque concludit, quod fieri ex aliquo, ut ex parte constitutive non tollit creationem, nec constituit generationem, sed fieri ex aliquo tanquam ex principio præsupposito, per cuius tranmutandum res ipsa fiat. Hinc respondet ad fundamentum. Vasquez compositum non fieri ex aliquo, ut principio tranmutatiōis, sed ex aliquo, ut intrinsecè constitutive, quod non tollit creationem, necque compositum fieri ex nihilo, ut ex termino à quo, cum pars constitutiva tenet ex parte termini ad quem.

28. Hoc dubium resolvendum est iuxta dicta disp. 2. Physic. quæst. 7. art. 2. in fine, quod proprie loquendo de Creatione compositum nequit creatione producti, quia quantumcumque semper simul in eodem instanti cum ipso producuntur, emper tamen censentur priores natura ipso toto, atque idem veram causalitatem exercent respectu illius, quod sufficit ad tollendam creationem propriè dictam, ut notat Doct. 2. d. 18. q. 1. contra primum motivum, & in 4. d. 1. quæst. 1. ad 4. princ. ubi ait, quod creatio propriè dicta est productio de nihilo, id est non de alio, quod fit pars primi producti, & receptivum formæ inducendæ, quæ est communis doctrina Theologorum, unde prolus falsum est, quod aiebat Joann. de S. Thom. fieri ex aliquo, tanquam ex parte non tollere rationem creationis, sed fieri ex aliquo, ut ex principio præsupposito, quod tranmutari debeat; tum quia si anima præexistet ante corpus, & corpus crearetur, ob-

staret, ne homo diceretur creatus, ello non esset factus ex anima, ut ex principio tranmutabili; tum quia actio creativa, & generativa non differunt essentialiter per mutationem subjecti, quia potest intervenire dependentia actiōis à subjecto sine illius mutatione, ut offensum est, & ita eventit, cum forma producitur in eodem instanti simul cum materia. Quod si dicat iuxta ea, quæ docuit art. 1. à nobis relata initio artic. etiam in eo calu materiam mutari hoc ipso, quod additur per formam eius potentialitas, tunc ad hominem argueretur prolus compositum nunquam posse creatione produci, quia quantumcumque eius partes simul cum ipso producuntur in eodem instanti, semper potentialitas subjecti additur, seu ad actum reducitur per formam, unde hic parum consequenter videntur diducere ad ibi dicta. Dicit tamen potest compositum posse creari ad creationem partium, & præsertim materiæ primæ, quæ tunc primò fieret, data hypothesis loc. cit. diximus cum Scot. 2. d. 1. qu. 5. in fine, ubi in hoc sensu admittit composita posse creari, proprie autem res dumtaxat simpliciter, hoc est non compositæ ex partibus essentialibus, & Physicis creari possunt, & ita etiam sentit Rubion. 2. 12. qu. 3.

29. Dicimus deinde, quod loquendo de generatione substantiali in ratione mutationis, plures solent asseri ex Aristot. definitiones ad ejus naturam explicandam, prima ex 2. Physic. 14. generatio est unio naturam, secunda ex Phys. 7. est mutatio ex non subjecto in subjectum, tertia ex 8. Phys. 62. est mutatio ex non ente ad ens, quarta ex 1. de Gen. 2. est mutatio totius in totum nullo sensibili remanente, ut subiecto eodem, quinta ex eodem lib. 2. est mutatio à substantia in potentia ad substantiam in actu.

Sed ut bene notavit Averis q. 37. scil. 3. in omnibus his locis non intendebat Aristot. generationem substantialem ex adè definire, sed solum prout occasio potuabat, has propositiones tanquam veras de generatione pronuntiavit, quo etiam sensu 3. Phys. 6. dicit, quod generatio est actus generabilis in quantum generabile, & 4. Meteor. 2. quod est permutatio facta à primis qualitibus, & alibi alia prædica de generatione enunciavit, sicut ergo non omnes hæ propositiones de generatione ab Aristot. prolata recipiuntur pro exactis, ac legitimis definitionibus, ita neque illæ saltem omnes sunt recipiendæ, serè enim singulari dicitur, quia quiddam generatiōis substantialis non exprimitur, ut exprimere debet exacta definitio; prima namque non exprimit illam lib. ratione materiam, quæ nec subjectum eius, nec terminum à quo insinuat, sed potius eam significat lib. ratione productionis, ut supra diximus; secunda convenit etiam generationis, seu mutationis substantialis, ut à motu dicitur, quia de ipsa est à non subjecto in subjectum, id est ex termino negativo in positum, dicimus enim ex non albo fieri album, eadem communitas reperitur in tertia. Quarta solet quidem à Peripateticis recipi pro absoluta generatiōis substantialis definitione, sed neque ipsa, ut talis recipienda est, neque ut talis fiat ab Aristot. allata.

30. Non itaque accipi debet hæc quarta definitio, ut propria, & exacta, nam ut omitimus modò cæteras, quas ipsi Peripatetici contra ipsam excitant difficultates, in primis non explicat subjectum, quod essentialissimum est generationi lib. ratione mutationis; imò potius videretur excludere, dum dicitur, mutatio totius in totum nullo sensibili remanente, ut subjecto, unde tona hæc definitio, nisi magis explicetur, potest comprehendere tranmutatiōis Eucharistia, ibi enim mutatur totum in totum, scilicet panis in corpus Christi, & licet accidentia panis remaneant, non tamen ut subjectum, Item non explicat terminus à quo, & ad quem; non quo, quia per se terminus à quo generatiōis non est totum præcedens, quod corruptum, per accidens enim est generatiōis terminus à quo positivus, nam si daretur materia ipsolata omni forma, in quam post ignis operari, & propriam inducere formam, quæ bene exereretur actus generatiōis, quia per se terminus à quo illius est privatio in materia præcedens, nec etiam explicat terminus ad quem, quia compositum est terminus ad quem generatiōis in ratione productionis, non mutationis, nam in hoc sensu sola forma est terminus ad quem, quem ex dictis disp. 1. Physic. quæst. 4. Demum per se terminus ad quem, quia intentum Aristot. ibi verè non fuit definire generatiōem, sed mutationem ad substantiam ab alteratione distinguerè, & idem inditinctè de generatione, & corruptioe locutus est, nec lib. definitionis forma, ut passim refertur solent, verba illa protulit, sic enim ait: Quando autem totum tranmutatur non manente aliquo sensibili, ut subjecto eodem, sed ut ex natura tota sanquit, aut ex aqua aut igne aut aere omni aqua, generatio jam hoc tale, hujus autem corruptio.

31. Si ergo ex illis quibus definitionibus allatis ulla debet accipio definitione generatiōis in ratione mutationis, hæc erit ultima definitio, quod scilicet est mutatio à substantia in potentia ad substantiam in actu, per substantiam in potentia intelligendo materiam per substantiam in actu formam, & hæc itaque magis explicabit naturam generatiōis, quam alia, quia explicatur genus cum dicitur mutatio, sermo enim est de generatione in ratione mutationis (explicatur differentia, quæ per extrema circumscriptur) talia sunt substantia potentialitas, non quidem ad quodcumque, sed potentias ad substantiam, & ad esse simpliciter, item, & substantia actus ipsam, quæ est forma substantialis, & cum dicitur, est mutatio à substantia in potentia ad substantiam in actu, jam denotatur ordo ad terminum à quo, scilicet privationem immediatè